

- Apr. 17. Brixia. Maurentius qui Bovoreculus nuncupatur, habitator civitatis Brixianae, vendit Ansilpergae abbatissae ius aquae per terram suam ad monasterium S. Salvatoris perducendae, pretio sol. 3 et trem. Apogr. s. XI. bibl. Quirin. — Muratori, Ant. III, 759; Troya 761; Hist. patr. mon. XIII, p. 46 no. 23. **324**
- Apr. In civ. Reatina. Gisulphus dux (Spoletinus) donat monasterio S. Mariae (Farfensi), petente Halano abbate per Sisinium referendarium regis, 'medietatem de gualdo in finibus Ciculanis sito et medietatem de castaneto qui dicitur Sessiale'. 'Regn. d. Desiderio et Adelchiso . . anno regni eorum V. et II, temp. Gisulphi . . a. ducatus eius II. . . Per ind. XIV, sub Alifrido gastaldio et Lupone archiporcario nostro'. Reg. Farf. 55; Fatteschi p. 268 no. 16; Troya 764. **325**
- Apr. In Reate. Gisulphus dux (Spoletinus) una cum iudicibus iudicatum facit inter Varosum et Adroaldum monachos, iussu Halani abbatis rem agentes monasterii (Farfensis), et Campulum 'hominem Reatinum de casale qui nominatur Mallianus', quod, utraque parte pro compositione furti ab Eudone acceptum sibi vindicante, monasterio Farfensi adiudicatur. 'Anno ducatus Gisulphi III, . . ind. XIV'. Reg. Farf. 52; Galletti, Vestarario p. 90; Troya 763. Cf. supra no. 323. **326**
- Mai. 15. (Lucae). Sunderad et Peredeus, patruus eius, episcopus Lucensis notitiam faciunt servorum inter se distributorum et in libertatem dimissorum. Ex apogr. arch. archiep. Luc. ed. Bertini IV, 1^b, 94 no. 54; Barsocchini V, 2, 45 no. 72 quaedam emendat; Troya 765. **327**
- Jul. In Reate. Hildericus actionarius commutat cum Halano abbate monasterii S. Mariae (Farfensis) 'aratoriae terrae petias tres', pro quibus recipit basilicam S. Agathae 'foris muros civitatis Reatinae' sitam cum rebus appertinentibus. 'Regn. d. n. Desiderio et Adelchiso . . a. regni eorum V. et II. et temp. d. Gisulphi gl. ducis ducatus Spoletani . . per ind. XIV. . . Sub v. m. Alifrido gast.' Reg. Farf. 56; Galletti, Chiese di Rieti p. 77; Troya 766. **328**
- Sept. 10. Ticino. Anselperga abbatissa monasterii S. Salvatoris Brixiani commutat cum Natalia, uxore Alehis gastaldi regis, et Pelagia abbatissa monasterii S. Iohannis Laudensis, sororibus, quaedam praedia. Inter testes: 'Lazaro gastaldio domne regina.' Ex apogr. bibl. Quirin. ed. Muratori, Ant. V, 499; Troya 770; ex apogr. s. XII. ed. Odorici, Hist. patr. mon. XIII, p. 48 no. 25. **329**
- Oct. 1. Luca. Auripert presbyter donat ecclesiae S. Martini Lucensi casam ecclesiae S. Agathae, post ipsius et eius